

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Thomas Lindemann Nicolaus Beselin

**Disputatio De Modis Ad Quirendi Rerum Dominium Ex Iureg.**

Rostochi[i]: Pedanus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746480962>

Druck Freier  Zugang





K.K.-2 (174.)





Disputatio  
DE  
**MODIS AD**  
**QUIRENDI RERUM**  
**DOMINIUM EX JUREG.**

6.

23

*Quam*

Auspice & Duce Christo

*Ex consensu & autoritate amplissima fa-*  
*cultatis Juridicae, in alma Rosarum Academia,*

SUB PRÆSIDIO

*Clariss. Consultissimiq. Viri,*

**DN. THOMAE LINDEMANNI**  
J. U. D. & Professoris publici, Praeceptoris, Affi-  
nis sui summe colendi.

*Publicè defendet*

**NICOLAUS BESELIN**  
Rostoch:

*Fiet disput. d. Jul. 6. matutinâ*  
*in auditorio majori.*



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI,  
ANNO M. DC. XV.



Magnificis, clarissimis, consultissimis, experientissimisq; Viris.

DN. BERNHARDO SCHAFENBERGIO inclutæ patriæ Reip.  
Consuli gravissimo.

DN. THOMAE LINDEMANNO,  
I.U.D. & Professori in celeberrima Academia patria publico.

Dominis meis patronis, auctoribus &  
affinibus omni observantie genere  
prosequendis offero.

Resp.



Disputatio Juridica  
DE  
MODIS ACQVIRENDI  
RERUM DOMINIUM EX  
JURE GENTIUM.

THEISIS I.

Otum jus consistit, aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo, *seste 111. p. in l. fin ff. de ll.*

II.

 Adquirimus autem rerum dominium: quod definitore Cujac. in parat. ff. h. t. de A. R. D. est proprietas rei: vel jus patrimonij recte dominandi rei cuiq; Goedd. ad l. bonorum 49. n. 7. & seq. de V. 8.

III.

Illud vulgo distinguitur in directum seu proprietatis, quod plerumq; simpliciter dominium appellatur: l. i. § 1. l. si quis 17. § 1. ff. de acquir. vel amitt. posse, & utile seu juris. An recte & expressum juris textum, ubi ponatur, si postulas; dari non posse credimus: rationem haud prorsus à jure alienam si admittis, eam ex l. in venditionem 8. in pr. ff. de reb. aut. jud. possid. elicimus, & dictam distinctionem docendi gratia, cùm in scholis, tum in foro, necessariò retineri concludimus, cum Coraß. 6. Mischel. 20. Vult 1. discept schol. 19.

IV.

Porro modi qvibus acquirimus sunt varij: Alij ex jure genti: alijs ex jure civ. §. ij j. h. t. illos confuse & sparsim in j. C. ff. d. t. traditos, concisè & breviter colligere, & in præsentia placide collationi subiçere lubet.

Com-

V.

Commodè igitur ad septem species, occupationem, accessio-  
nem, specificationem, confusionem, commixtionem, fru-  
ctuum perceptionem, &c deniq; traditionem referemus.

V I.

Occupationis iterum tria genera facimus: Venationem,  
deprædationem & inventionem.

V II.

Venationis vox sumitur latè, ut & venationem in specie sic  
dictam, aucupium & piscationem contineat. l. item si fundi 9. §. au-  
cupiorum: ff. de usuf. §. 12. vers. planè qui alienum, ibi, venandi aut aucupan-  
di, §. feræ, ibi, & pisces j. h. t. l. j. in fin. ibi, pisces, ff. eod.

VIII.

Venatio in specie est jus, seu facultas occupandarum fera-  
rum terrestrium, in terra viventium, nullius in bonis existenti-  
um, omni jure permissa; vocatur alias usitate venatio saltuosa,  
& clamorosa. Dd. com. ad §. 12.

IX.

Est inquam captura ferarum existentium, non cicutatarum  
& mansuetarum ex consuetudine abire & redire solentium;  
nam illæ eosq; possideri præsumuntur, donec animum rever-  
tendi habent l. naturalem s. in pr. & §. pavonum ff. h. t. §. 15. j. eod. mul-  
to minus domesticarum. & natura mansuetarum: eas  
enim si quis lucrandi animo detinet, furtum committit, ordi-  
nariâq; furti actione, licet res illæ minimæ sint: conveniri po-  
test. §. gallinarum 16. j. h. t. d. l. s. §. gallinarum. l. si pavonem 37. ff. de. fur.  
§. Pomponius 8. §. 1. ff. famil. ercise. Nov. 69. c. j. §. j. c. fur 14. q. 6.

X.

Modus capiendi, fit vel per vulnerationem, & cum bestia non  
aliter vulnerantis est quam si ab eo capta, & in eius potestatem  
sit redacta: iuxta Proculum IC. in l. naturalem 5. in pr. ff. h. t. & qui eum  
sequitur Iustin. §. illud quæsum 13. j. eod. vel per laqueum, & tum  
juxta eundem proculum fera bestia antequam is, qui posuit, eam  
cæperit, & in potestatem redegerit, ab alio eximi poterit. l. in la-  
queum ss. ff. h. t.

XI.

Omn

Omnī porrō jure antiquitū licita fuit illa captura , Gen. 7.  
v. 26. 28. 30. ḡ. v. 2. i. ad Cor. 1 v. 27. §. 1. j. h. t. l. 1. 2. 3. ff. eod. adeo ut non so-  
lum in proprio fundo quis venari, sed & in alieno potuerit impun-  
nē, dummodo à Domino fundi ingredi prohibitus non sit. d. l. 3.  
§. ff. h. t. d. § 12. v. plānē qui alienum j. h. t. l. Divis Pius 16 ff. de S.R. P.

### XII.

Prohibitio tamen illa ; venatori captam feram non aufert.  
d. l. 3. § 1. l. 5. § 3. l. 55. v. summam ff. h. t. sed actionem injuriarum  
contra eum suppeditat. l. injuriarum 13. § fin. ff. de injur. l. 2. § ne quis  
in mari ff. ne quid in loco publ.

### XIII.

Verum enim vero nostris temporibus ille acq̄uirendi modus  
¶ Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, alijsq; Civitas-  
tum qvarundam Primatibus passim ferē subactus est, adeo ut in  
proprijs ne qvidem eorum agris, subditis permittant.

### XIV.

Sed illud an jure aut injuriā faciant? multijuga est inter in-  
terpp. nostros concertatio : Nos qvin jure faciant non dubita-  
mus, arg. l. ex hot jure 5. ff. de 1. & 1. l. in tantum 6. in pr. ff. de R. D. l. quod  
in littore 14. ff. h. t. & in primis Ierem 27. v. 6. l. item si 9. §. aucupiorum  
§. ff. de usuf. l. venationem 26. ff. de usur. aliaq; elegantissimae rationes quas  
enumerat VVesemb. in parat. h. t. n. 7.

### XV.

Ita tamen Optimates illos hoc jure uti decet, ut non Tyrani-  
ni, non Actæones efferi, sed humanæ sortis memores, Christianæ  
pietatis observatores existant: contra mandata sua venantes, fe-  
rasq; capientes ultimo supplicio illico non afficiant. arg. l. hodie 13.  
ff. de pæn. l. perspiciendum u. in fin. ff. eod. Et qvid multis? pro capta-  
belua, & sanguine ferino, hominem ad Dei imaginem creatum,  
morte plecti, iniq̄uissimum esse, qvis non videt?

### XVI.

Illorum quoq; erit etiam atq; etiam providere & curare  
ne feræ in privatorum agros gregatim excurrant, & sata magno  
pauperum dolore depascantur, qvare permittant subditis, ut feras  
ex suis fructibus abigant, & latratores molossoſ habeant, qvibus  
cas licet fugent: Aut si secus fiat, ut damnum à feris datum re-  
farc-

sarciant, & qvitas suadet, & juris autoritas monet. §. ceteram: i. ue  
l. Aquil. §. i. j. Si quadr. paup fec. dic. l. i. §. & generaliter ff. eod. l. item  
quæritur i3. in pr. ff. loc. cond. Gejll. 2. obs. 68. n. 19.

XVII.

Aucupium est captura bestiarum volatilium: §. apum 14. &  
seq. j. b. t. l. i. §. fin. l. naturalem s. §. pavonum & §. apium ff. b. t.

XVIII.

Piscatio est captura bestiarum aquatilium, veluti pisci-  
um & cancerorum: d.d. modo textib. l. injuriarum. i3. §. fin. ff. de  
injur.

XIX.

Cæterum hæ duæ venationes, ex ijs qvæ de venatione clamo-  
rosa diximus facile intelliguntur: Nam idem omnium jus est. l. 2.  
& 3. ff. b. t. VVes. d. n. 7.

XX.

De eo tamen nonnihil dubitari audies, an & in alieno stagno  
vel lacu piscari sit concessum? A: de jure Just. expreßè decisa  
est. l. 3. §. item feras. ff. de acquir. posses. Criminali tamen Car. V.  
Constit. art. 169. piscium furtum fieri dicitur & severè vindi-  
catur.

XXI.

Deprædatio bellica, seu captivitas, est jus acqvirendi domi-  
nium, cum personarum, tum rerum, qvas in bello capimus, §. item  
ea 17. j. b. t. l. s. §. fin. l. transfugam §. l. ff. eod.

XXII.

In bello inqvam, non qvovis, l. si quis ingenuum 21. §. fin. ff. de  
capt. & postlim. revers. sed justo: l. hostes 24. ff. d. jam t. l. hostes hi sunt  
118. ff. de V. S.

XXIII.

Hoc enim solum est legitimus modus acqvirendi domi-  
nium, qvia naturali ratione ad propulsandas injurias, & res abla-  
tas recuperandas, inventum est. Gen. 14. Exod. 17. v. 14. Ios. 2. 2. 1. Sa-  
muel. 23. 4. 2. Samuel. 5. 19. Matth. 8.

XXIV.

In tali bello si personæ capiuntur, licet liberæ, inservitutem  
tamen capientium rediguntur. d. §. 17. §. pen. j. de jure pers. l. adeò  
qui-

quidem & in pr. ff. b. t. etiam jure Divino, Exod. 21. Levit. 25. Hoc tamen hanc limitationem recipit, ut si tale bellum inter Christianos sit, tum ab ultraq; parte pro captivis lytrum solvatur: Si vero inter Christianos & Turcas, Tartaros, aliasq; Cyclopicas gentes, idem jus immutatum maneat. Dd. comm. ad d. §. 17.

XXV.

Res insuper acquiruntur, sive alicujus sint sive nullius.  
d. l. naturalem s. in fin. d. l. transfugam s. l. l. cum loca 36. de reli-  
giosi.

XXVI.

An autem tam res mobiles qvam immobiles capientium  
fiant, ob contrarios in jure textus, admodum dubitatur? Nos ille  
lorum sententiae subscribimus, qvi immobiles occupatas fisco  
adjudicant. l. captivus 20. de capt. & postlim. reversi. l. Lucius de e-  
cavit.

XXVIII.

In ventio est rerum mobilium, qvæ dum inveniuntur nullius  
sunt, occupatio. l. i. §. 1. ff. de acquir. posses.

XXIX.

Ea autem est rerum qvæ VEL nullius unquam fuerunt, ut  
sunt res in littore maris inventæ, qvæ ejusdem cum mari sunt  
conditionis, velut lapilli, gemmæ &c. §. 18. j. b. t. l. 3. ff. de R. D.

XXIX.

Qvamvis huic acquisitioni naturali liberiori a terrarum Prin-  
cipibus plurimum sit detraictum nostro seculo, qvo se maris Do-  
minos appellant, vestigalia navigantibus imponunt, in mari fines  
constituant. t. t. C. de navig. lib. u. c. un. q; sint Regal. 2. Feud. 56.

XXX.

VEL alicujus quidem fuerunt, sed esse desierunt, ut sunt res  
in vulgum projectæ, qvæ missilia dicuntur. §. hoc amplius 46. j. ht.  
pro derelicto habitæ, thesaurus. §. thesaurus 40. j. d. t.

XXXI.

In rebus pro derelicto habitis, non solum mens & animus  
ad amittendam possessionem sufficit, sed & necesse est, ut ille ani-  
mus pro derelicto habendi, per evidentia signa, & factum homi-  
nis

nis declaretur. l. si quis ei 17. §. 1. & fin. ff. de acquir. posse.  
XXXII.

Unde plane diversum est in bonis naufragio perditis, & flu-  
etibus in litus ejectis, aut in tempestate è nave, ejus levandæ  
causa, ejectionis. §. fin. 1. b. t. l. 9. §. fin. l. 58. ff. eod. l. qui levandæ 8. ff. ad  
L. Rhod. de jact. Ea enim adeò non invenientis fiunt, ut scienter  
retinens, rapinam committat, & quadrupli teneatur. l. Pomponius  
45. v. idem ait. ff. b. t. imò novissimè constitutione Friderici pu-  
blicatione omnium bonorum mulctetur. auth. navigia C. de  
fuit.

XXXIII.

An autem confiscari poterunt? in nonnullis locis ea qvi-  
dem confiscatio usu est recepta. Sed usum eum irrationalib[em]  
& iniquissimum esse satis probat, d. autb. navigia l. 2. ff. ad L.  
Rhod. de jact. imò eum plane Car. V. Constit. Crim, art. 219. susti-  
lit.

XXXIV.

Idem juris est in rebus, quæ de curru vel rheda currente, non  
intelligentibus dominis cadunt. d. §. fin. vel a scientibus nimis o-  
neratis in viam tam diu abiiciuntur, donec redire & auferre pos-  
sant. l. qui levandæ ff. ad L. Rhod. de jact.

XXXV.

Thesaurum quantum; sciendum est, quod pro loci, ubi in-  
venitur, diversitate, diversè acquiratur: iste enim locus aut est pro-  
prius, & tum est ex asse inventoris, sive fortuitò, sive data ope-  
ra sit inventus, non tamen adhibitis sceleratis & prohibitis ar-  
tificijs. §. thesauros 40. j. b. t. l. unic. C. de thesaur.

XXXVI.

Aut alienus, isq; vel privatus vel Cæsar, vel Fiscalis, vel  
publicus Imperij vel Universitatis, & tum is fortè fortuna inven-  
tus, ex uno semisse est inventoris, & altero domini loci, qua-  
lis qualis ille fuerit. d. §. 40. v. at si quis, v. & convenienter, v. cui  
conveniens.

XXXVII.

Aut nullius, & tum is fortuito inventus, ex semisse itidem  
est inventoris, ex altero fisci. ex constit: Divorum fratrum ius, §. si in  
l. p. ff. de jure fisc. & noua Frider Imp. 2. F. 56.

Se-

XXXVIII.

Secundum modum acquirendi constituimus accessionem: quam itidem distingvimus innaturalem, cuius species, fætura, alluvio, insula, alvei mutatio: Industrialem; cui adnumeramus accessionem, ædificatinem, scripturam: Et mixtam, quo referimus implantationem & sationem.

XXXIX.

Fætura est procreatio ex animalibus nostris, ex his n. qvic quid gignitur jur. gent. nostrum est, sive illa sint rationalia, ut ancillæ, §. servia. 4. de jur. pers. sive bruta & irrationalia l. 6. ff. h. t. nec qvicquam nocet, licet ap. alium l. fin. ff. eod. aut ex alterius animali l. 5. §. idem scribit ff. de R. V. conceperint.

XL.

Alluvio definitur incrementum fluminis latens, quo ita paucatim aliquid solo nostro adjicitur, ut intelligi non possit, quantum qvoqvo temporis momento seu atomo adjiciatur. §. præterea 20 j. b. t. l. adeò 7. §. j. & seq. ff. eod l. 2 C. de alluv. & per hanc augetur alicui jus, qvodcunq; etiam sit, qvod in rehabet l. item 9. §. 4 ff. de usuf. l. ex hoc jure 3. §. 2. ff. de ag. quos. l. quod in rerum 24. §. 1. de leg. 1.

XL I.

Qvod si non alluvio, sed vis fluminis, & tale incrementum, qvod non latet, sed protinus in oculos incurrit, de tuo prædio adjiciat vicino, id tuum manet, & arbores simul translatæ: §. qvod si vñ 21. j. b. t. l. 9. §. huic vicinus ff. de usuf. si tamen illa portio tuâ negligentiâ, vicino prædio tam diu adhæreat, ut terræ coalescat, & arbores radices agant, vicino acqviritur: dd. ante textib. addit. l. sed si ex meis 26. §. arbor ff. b. t. l. 9. §. de his & seq. ff. de damn. infect. Qvando autem coaluisse dicatur rusticorum judicio relinqvendum est. Myns. Schneid. ad d. §. 21.

XL II.

Insulam quantum attinet, Imp. noster Justinian: §. insula 22. distingvit inter eam, qvæ nata est in mari, qvæ, sicut ipsum mare, est nullius & occupanti cedit: & eam qvæ nata est in flumine, hæc enim ex sola vicinitatis ratione communis est eorum, qui utrinq; prædia possident, pro modo scil. cuiusq; prædij, vel eorum

B

tan-

tantum, quorum praedijs ab altera parte proximior est. d. §. 22. a. b.  
z. §. insula. l. ergo 30. §. tribus modis ff. b. t.

X L I I I

Sed an illa Insula vicinorum fiat, quo ad usum, an quo ad proprietatem? insignis est Dd. conflictus: Cuj. 14. obs. ii. defendit quod tantum quoad proprietatem: Contra Bonell. 4. Com. 29. c. etiam quo ad usum eorum esse docet: & rectius, cum propter generalitatem dd. textum: tum quia Insula presumitur nata ex iplorum vicinorum terra, vel datur in preium oneris, quod illis incumbit in ripis muniendis & reficiendis, arg. h. l. §. si insula 4. ff. de flum.

X L I V.

Mutatio alvei etiam jure gentium nobis adiicit dominium: nam flumine alveum suum universum relinquentem, & ad aliam partem fluitante, relictus alveus acquiritur illis, qui propè ripam prædia sua possident, modo scil: latitudinis cuiusq; prædijs, §. quod si naturali 23. j. b. t. l. l. §. simili modo. ff. de flum;

X L V.

Ab hac planè differt inundatio, quia formam ac speciem agri non mutat, quare nec dominium: & fundus, cum aqua recessit, ejus manet, cuius antea fuit. §. alia sane causa 24. j. b. s. l. adeò 7. §. aliud sane. l. ergo 30. §. alluvio vers. itaq; ager. ff. eod.

X L V I .

Per accessionem porro intelligimus intexturam, per quam, quod rei principali intextum est, licet preciosius sit, tamen ei cedit. §. si tamen 27. j. b. t. l. sed si ex meo 26. §. fin. ff. eod.

X L V I I .

Ædificium insuper, tanquam adjunctum, suo subjecto solo cedit, & is est dominus ædificij, cuius est solum, super quod exstructum est. §. cum in suo solo 30. j. b. t. d. l. z. §. cum in suo solo 10. & §. ex diverso ff. eod. l. qui dominum 50. ff. ad l. Aquil.

X L V I I I .

Neq; id in integro tantum ædificio obtinet, sed & in omni juncto solo vel ædibus alienis verum est, quod maneat domini illius soli, vel ædium, quam diu est connexum: idq; ex l. 12. tab. prescripto: cuius duo in ll. nostris capita referuntur.

I. e. 8

X L I X.

1. *Est in d. l. 7. §. cum in suo solo: qvod prohibet ne quis tignum junctum ædibus vineæve solvere cogatur: ratio elegans est in l. Prator are. §. hoc interdictum 10. ff. de op. nov. nunc. ne urbis aspectus deformetur.. Et hoc membrum ad omne omnino tignum ædibus alienis junctum, sive furtivum, sive non furtivum sit, pertinet. Dd. Comm. ad d. §. 30.*

L.

*An autem liberum sit domino, tignum eximere, seq; restituendo, ab actione quam dominus habet, liberare vehementer ambigitur? Aff. subscribimus per text. in l. habitator 59. de R. V. addit. erg. l. i. C. quom. & quand. jud.*

L I.

2. *Est in l. i. ff. de tign. junct. d. l. 2. §. cum in suo vers. necatamen. qvod jubet duplum ab ædium domino pro tigno juncto præstatu.*

L II.

*De hoc membro an etiam tam generale sit, ut ad omne tignum pertineat, quemadmodum primum? tam anceps est quæstio, ut & consultissimus Cuj. in ea sibi non constituerit. Aff. veteriorem esse & contra bonâ fide tignum furtivum jungentem in duplum actionem dari docet God. ad l. tigni 62. n. 8. de V. S. sed contraria sententia æquior nobis videtur: l. 98. in fin. ff. de solut.*

L III.

*De Scriptura jam olim tradita fuit regula, qvod literæ, licet aureæ sint, chartis membranisve cedant. §. literæ 34. j. b. t. l. quara-  
zione 9. §. i. ff. eod. l. 3. §. interdum. ff. ad Exhib. An autem hoc nostro seculo procedat? nonnulli dubitant: quamquam vix cum ratione, quia nullibi mutatum legitur. l. sancimus 27. C. de test. ord. l. præ-  
cipimus in fin. C. de appell.*

L IV.

*In pictura tamen est accessionis exceptio, quæ chartam seu membranam vincit. §. si quis in aliena 35. j. h. t. Rationem hujus exceptionis quidam putant esse, qvod olim pictorum ars tam celebris habita sit. Putaremus quoq; aliam dari posse, nempe hanc, qvod non simplex sit tab. accessionis, sed specificatio formam*

tab. addens, ut non amplius tabula, sed pictura & imago sit & vo-  
cetur. arg. §. cum ex aliena. 25. t. b.t.

LV.

Accessioni mixtae adnumeramus implantationem seu insi-  
tionem plantæ aut arboris. Nam quicunq; & quameunq; plan-  
tam aut arborem in quodcumq; solum posuerit, ea soli domino  
acquiritur, modo radices egit. §. si Titius 32. j. b. t. l. 7. in fin. ff.  
cod.

LVI.

Sed quid si arbor in confinio posita cujus nam erit? anne  
communis? ob diversa responsa in hac quæstione I Ctorum dissen-  
siones agnoscit, Hottom. ad d. §. 32. & 1. obs. 10. Nos putamus tum  
demum communem esse, si in utrumq; fundum radices egit æqua-  
les: Nam si in agro meo primò radices egit, postea in vicini fun-  
dum porrexit, mea erit, quia soli dominium meum est, principa-  
le enim alimentum ab ipsa origine elici creditur, non antem à  
fundo vicini, inquem extremas tantum radicum partes conniecit.  
L. si plures a. in fin. ff. arbor. fuit. cæs. l. sed si ex meis 26. §. si arbor. b.t.

LVII.

Ex prædictis quoq; liquet, cujusnam sint fructus arboris in-  
confinio positæ? aut enim arbor est communis & communes e-  
tiam erunt fructus, aut mea est, & rami tantum ejus in fundum  
vicini dependent, & tum de jure Civili fructus in vicini fun-  
dum cadentes mei manent: l. unic. ff. de gland. leg. jure autem Sa-  
xon. (quod mos in omnibus ferè locis seqvitur) ejus fiunt, cujus  
in fundum ceciderunt, Schneid. ad d. §. 32.

LVIII.

Quemadmodum plantatio plantam, ita satio frumentum do-  
mino soli adjicit §. quæ ratione 33. j. b. t. hoc tamen observato, quod  
bona fide seminanti impensa sint restituendæ. arg. l. domum s. C. de  
R. V. l. planè 38. ff. de hered. pet. l. 8. ff. de pign. act.

LIX.

Succedit tertius modus, quemdiximus esse specificationem:  
quæ est, quando nova species ex aliena materia à non domino  
conficitur. §. cum ex aliena 25. j. b. t. l. 7. §. cum quis ex aliena 7. ff.  
cod.

Cujus-

LX.

Cujusnam illa nova species sit inter JCtos antiquos maxima fuit controversia: Sabiniani putavunt esse materię domino adju dicandam: forte ob l. 49. ff. de R. V. l. 12. §. si quis ff. ad exhib. l. id. quod nostrum de R. i. Contra Proculiani formanti addixerunt, propter formae præstantiam, qvædat esse rei: Ram. lib. 1. Log. c. 7. verum Iustin. dissidium sustulit distinctione. Aut enim illa fit ex aliena materia tantum aut aliena & propria. Si ex aliena tantum, iterum vel reduci potest in pristinam materiam, & tum ejus manet, cu jus materia fuit, vel non potest reduci, & tum manet specificantis. dd. ad th. præced. textib. Si partim ex aliena, partim ex propria materia species sit facta, sine dubio formantis fit, qvia non solum operam præstisit, sed & ejusdem materiae partem contulit. §. quod si partim 26. j. b. t.

LXI.

Et hæc Justin. distinctio sine dubio etiamnum servatur, utcunq; eam acutè Conn. 3. com. 6. impugnet, neq; est, uti eam arguit, contra æqvitatem & rationem naturalem, qvia à specificante dominus materiae pretium actione in factum conseqvi potest. l. 23. §. in omnibus ff. de R. V.

LXII.

Quartum ex juregent. acqvirendi modum constituimus confusione, cum res unius domini ad rem alterius domini ita accedit, ut corpus etiam minimum penetreret, & inducat aliud minimum. §. si duorum 28. j. b. t. d. l. 7. §. voluntas, ff. cod. Hunc modum præcedentis q. speciem multi faciunt, sed minus recte: ille enim absq; consilio non sit: d. §. 25. j. b. t. hic autem qvōvis modo d. §. 28.

LXIII.

De confusione hæc est regula: Rebus diversorum dominiorum sive ejusdem sive diversi generis, vel consensu ipsorum vel casu, vel alterius tantum voluntate, malâ vel bona fide confusis, totum id corpus qvod ex illa confusione fit, ipsorum dominiorum pro portione cujusq; partis rata, commune est. dd. ante tex tib. l. 3. in fin. de R. V. si modo ad priorem materiam reduci nequeat, l. 12. §. 1. ff. b. t.

Qvint

LXIV.

Quintus modus est commixtio, qvæ est rer. ear. qvæ inter se mixtæ, manent qvidem eædem, sed tamen conjunctæ, novum qvoddam corpus constituere videntur. §. quid si frumentum 29. j. b. s. l. 3. §. fin. ff. de R. V.

LXV.

Unde facilè patet, qvod multum à confusione differat, nam res confusæ alterantur, commixtæ minimè, sed miscentur ita, ut singulæ suæ substantiâ maneant salvæ, qyamvis separari sine difficultate non possint: Confusæ fortuitò, dominorum sunt communæ, commixtæ autem utriusq; non nisi domini consensu. Non tamen ignoramus promiscuè utramq; vocem nonnunquam sumi. ut in l. 3. §. Pomponius ff. de R. V.

LXVI

Seqvitur sextus acqvirendi modus, nempè fructuum perceptio, qva fructus rei nostræ, vel qvam bonâ fide possidemus, dominio nostro adiicitur. §. si quis à non domino 36. j. h. s.

LXVII.

Cæterum cum fructum à JCtis yaria sint constituta genera; hinc incredibilis est interpp. dissensus & conflictus, qvosnam bona fidei posseffor lucretur? Nobis sententia illa veritati & æquitati naturali magis consona videtur, qvam Pinell. ad l. 2. p. 2. c. 4. n. 69. C. de rescind. vend. in praxi observari testatur: qvod omnes fructus non solum industriales l. fructus 45. ff. de usur. sed & naturales, l. bonæ fidei inpr. ff. b. t. l. 78. ff. de R. V. l. quis sit 25. §. 1. ff. de usur. l. 4. §. 2. ff. Fin. regund. percipiat, percipiendoq; ita suos faciat, ut possit eos consumere, consumptos autem irrevocabiliter, sive ex ijs locupletior sit factus, sive non, lucretur: arg. l. 22. C. de R. V. §. 2. j. de offic. jud. Extantes autem simpliciter, post item vero contestatam etiam consumptos restituere cogatur. d. l. certum est 22. C. de R. V.

LXVIII.

Restat ultimus modus traditio, qva dominus rem suam ex iusta causa alij eam accipienti, & dominium ejus acqvitere volunti, hoc animo permittit, ut in ipsum rei illius dominium transferat. §. per tractionem 41. j. b. t. l. 9. §. 3. & seqq. §§. l. traditio 20. & l. vanquam 31. in pr. ff. sed. in hac copulativè reqviruntur.

i. Ut

LXXIX.

1. Ut tradens verus sit rei dominus d. l. 20. in pr. l. nemo plus  
f. de R. l. qui rem suam alienare possit. t.t.j. quib. alien. lic. vel saltem  
loco domini, qualis est tutor l. tutor qui tutelam 27. ff. de admin. & per.  
tut. & curator l. qui neq; 8. in pr. ff. de reb. cor. vel alias qui nomine &  
voluntate domini rem tradit. §. nihil a. interest 43. j. b. t. d. l. 9. §. nihil a.

LXXX.

2. Ut sciat dominus rem esse suam, & is velit illam ipsam rem  
seu corpus illud tradere, & alter tradi: arg. l. 55. ff. de V.O. ideo si rem  
meam, existimans tuam esse, tibi tradiderim dominium in te non  
transfero, l. si procurator 35. ff. h. t. l. 3. §. subtilius 8. ff. de condic. causa  
dat.

LXXI.

An igitur sufficit consensum esse in corpore, quamvis in  
causa traditionis erratum? Putamus jure naturali inspecto  
dominium transire, licet condici res possit. l. cum in corpus 36. ff.  
b. t.

LXXII.

3. Ut justa sit causa traditionis, velut venditionis, donatio-  
nis, legati aliorumq; ticulorum, qui rei possessionem transferunt.  
d. §. 41. in fin.

LXXIV.

4. Ut res sit corporalis, quae tradi queat, non in corporalis l. ser-  
vus 43. §. incorporales ff. h. t. aut alienari prohibita l. fin. C. de reb. alie-  
non alien.

LXXIV.

Traditio est duplex: vera, seu longæ manus l. pecuniam 79. ff.  
de solut. qua res corporales de manu in manum traduntur. d. l. 9. §.  
4. ff. b. t.

LXXV.

Ficta, seu brevis manus, l. licet 43. ff. de jure dot. qua res non vere  
traditur, sed pro tradita habetur. §. interdum 46. j. b. t. d. l. 9. §. 6. l. 74. ff.  
de contrah. empl.

LXXVI.

An a. in hac necesse sit rem esse presentem, quo tradita brevi  
manu videatur? non usq; quiaq; expeditum est: Neg. quia presen-  
tia nullibi in hac traditione sit mentio: Vide dd. text. & l. si in  
rem in pr. ff. de Evict. l. sine §. 1. ff. de Public. in rem in  
act. l. si servus in fin. ff. b. t.

46: (9): 90














satius fuisset, et publicae rei magis ac-  
mmo et analogiae iuris Norici conuenien-  
ollere praediorum, quae dicuntur, ac-  
n? De hoc ipso, (mi care lector) alii  
s admonere iuuat, ciues Noricos, ruri-  
s, aliis uinculis deuinciri ad uasallorum  
eo dirigendas, ne publicae leges post-  
praediorum commercio, respubica ipsa  
i capiat: in ceteris autem suam quisque  
itur. Factum ergo inde est saepissime,  
i leges domesticae et peregrinae dant,  
orum conditione et dominorum commo-  
s, uasallis, aliquam aeris summam, cer-  
ruallis repetendam, soluentibus, (lau-  
sum innuo) mansionem extra praedium,  
bitari debet, sibi habendi libertas condone-  
quenter accidit, et adeo in contradictis  
fuit, ut, si, quemadmodum nemo dubi-  
um frequentia ad ius aliquod non scri-  
dum ualeat, legem antea exhibitam,  
agistro, ita declarandam esse censeamus,  
s praedium, cuius habitatione non fru-  
, aut eius aliis locandi permissionem,  
i interuentu, obtineat. Atque ita eius-  
inus in re emphyteuticaria non amplius  
otii, sed eius naturae, perinde ac olim ins-  
s, annumerandum erit. Id igitur, quod  
n fiscalium in ditione Norica iuris com-  
bus singulis, unius reipublicae ciuibus,  
s conuertere liceat. Adhaec in eo re-  
quam uersamur, ut ad uicinorum exem-  
ra conformare debeamus. In supra  
alle-